



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

Do Ordinario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

cerem, si vel Religiosissimi Auctoris modestia, vel Censoris munus, licentiam perhiberet; nec tunc tamen esset satis pro merito laudatum, quod admiratione potius, quam laude commendari debet; est enim (ut dicam cum Apelle, tabulam à Protogene depictam admirante) *Ingens labor, ac mirandum opus, desunt tamen gratiae, quae illud auferant, atque in Caelo reponant.* Quamobrem librum iudico dignissimum, non solum ut typis manderur, sed ut omnia in eo contenta, tamquam orthodoxae fidei, rectisque moribus consona, plumbi lamina, vel celsè sculpantur in silice. (7) Ita cenfeo in Regali Job c. 19. Lisbonensi Cœnobio Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, die 29. Julij anni Domini 1710.

Frater Josephus de Sousa.

Vistas as informações, pode-se imprimir a Obra Moral, Primeyro Tamo, de que trata esta petição, & impresso tornará para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella não correrá. Lisboa 29 de Julho de 1710.

*Moniz. Hasse. Monteyro. Ribeyro. Roêba.
Fr. Encarnação. Barreto.*

Do Ordinario.

Pode-se imprimir o livro de que trata a petição, & depois de impresso tornará para se mandar correr. Lisboa 2. de Agosto de 1710.

Bispo de Tagaste.

Do Paço.

C E N S U R A.

LEgi, ac perlegi de mandato Maiestatis tuæ hunc librum compositum à P. Carolo Antonio Casnedi Societatis Jesu, opus certè egregium, & omnibus numeris absolutum, in cuius laudes me effunderem, nisi timerem Auctoris modestiam laderet; vereor enim, ne adulandi crimen subeam, & assentatoris notâ inurar; ea namque est operis ratio, ea concinnitas, & præstantia, siue resolutiones attendas, siue fundamenta spectes, siue solutiones perpendas, ut quidquid excogitari, dicique valet, ab omnibus, qui illum in manus acceperint, & oculis perlustrarint, longè meritis inferius censendum sit. Unum tamen silentio involvere non possum, quòd scilicet miraculi speciem præ se ferat, quippe rem inevidentem sic tractat, ut evidentem efficiat, & probabilem